

Peter Wasmund

**Rector Academiae Rostochiensis Petrus Wasmundt I. U. D. & Professor, Ad  
Exequias Quas ... Coniugi ... Catharinae Dunckers filiolo item suavissimo Jacobo  
Vir ... Dn. Marcus Lemke viduus & pater maestissimus ... paratas cupit Omnes  
omnium ordinum Academiae Clves ... invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777438631>

Druck    Freier  Zugang



Wasmundt, P.,  
in  
**C. Duncker,**  
uxor. M. Lemke  
et fil. J. Lemke.  
Rost. 1631.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777438631/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777438631/phys_0004)

DFG

RECTOR  
Academiæ Rostochiensis  
PETRUS WASMUNDT



J. U. D. & Professor,  
*Ad Exequias*  
*quas*

*Commissarij* suæ Charissimæ & de-  
sideratissimæ

CATHARINÆ  
DUNCKERS

filiolo item suayissimo

JACOBO

*Vir ornatissimus & spectatissimus*

DN. MARCUS LEMKE

viduus & pater mæstissimus, Civis hujus urbis prima-  
rius, paratas cupit

Omnes omnium ordinum Academiæ Clves, ut hodie  
ad horam medium primam in templo Mariano  
conveniant, amicè invitati.



ROSTOCHI

Typus JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.  
Anno M. DC. XXXI.

RECTOR  
Academie Rostochiensis  
**P E T R U S W A S M U N D**  
J. U. D. & Professor.



Thnici qui extra Ecclesiam vixerunt, & nullam veri Dei verbiq; divini cognitionem habuerunt, ex lumine tamen naturæ & insitatis notitiis, Deum esse, intellexerunt, uti Cicero lib. 2. de natura Deorum, asseverat nullam unquam gentem tam feram aut immanem fuisse, cuius mentem non imbuerit Deorum cognitio. Ex eodem fonte jus, hoc est, bonum, æquum, justum, & honestum, hauserunt. Quinimò ex residuis in mente humana igniculis hominem omnium creaturarum dignissimum, & præ cæteris animalibus, non tantum in vita, verum etiam in morte & sepultura honorandum esse didicerunt. Quorundam quidem Epicureorum præ-

præsertim vetus fuit sententia , jus ipsum , hoc  
est , quid bonum , quid æquum , quid justum sit  
& honestum , non ab ipsa natura , sed ab hominū  
utilitate proficiunt , eo quod Garamantes & No-  
mades teste Cicerone & plinio nuptiarū exortes  
communes habuerint uxores & filios , Lacedæ-  
monij & Aegyptij fulta approbarint , apud per-  
fas quondam ex rapto vixerint Cilices , ipsisq;  
( si Laërtio credimus ) matribus filiabusq; mis-  
ceri jus fasq; fuerit ; quodq; multi extiterint , qui  
defunctos nullo sepulturæ honore sed insuper  
ignominia affecerint , sicuti Lotophagij , qui de-  
functos suos in mare abjecerint ; Albani , qui ne-  
fas putarint curam mortuorum agere ; Sabæi ,  
qui corpora defunctorum , eo quo stercus mo-  
do , duxerint , quin etiam reges inter sterquilini-  
a rejecerint ; Troglodytæ , qui mortui cervi-  
cem pedibus alligarint & raptim cum jocis & ri-  
su extulerint nullaq; habita loci ratione terræ  
commiserint : Schytæ , qui mortuos inter epu-  
las vorare honoris causa consueverint ; Hirca-  
ni , qui non ad alium usum canes nutriverint ,  
quam ut eis vita functos vorandos obiicerent ;  
parthi , qui defunctos avibus aut canibus lani-  
andos exhibuerint , & nuda demum ossa terræ  
mandarint ; Massagetæ , qui senio confectos in-

A 2

ter-

terfecerint & comedenter morbo vero extin-  
ctos feris devorandos tradiderint: Verum his re-  
spondet Anton. Augustin lib. 4. emendat, cap. 4.  
quod Perversæ aliquorum mentes non possint  
quicquam ex divina omnium consensione per-  
vertere. Quinimò humaniores ethnici defunctis  
imò hostibus sepulturæ honorem non tantum  
non denegarunt, sed in eo aliquando nimij fue-  
runt. Athenienses tantam habuerunt sepul-  
chrornm curam ut si quis dux bello peremtos  
sepulchro honestare neglexisset, capite plecte-  
retur. Macedonibus nullum fuit tam solemnè  
militiæ munus quam suos sepelire: Ægyptij in-  
domorum ædificatione negligentes, miro sum-  
tu superbaq; magnitudine construere sepulchra  
consueverunt, qnod existimarent defuncto-  
rum domus sempiternas esse, Pyrrhus Epirotæ-  
rum Rex, ut Eutropius refert, quam favendum  
sit sepulturæ licet paganis foret, ostendit: cum  
enim mille octuaginta ex Romanis in bello ca-  
ptos teneret, vivos summo honore tractavit,  
multosq; defunctos licet hostes honorificè se-  
pelivit: Sic & Cæsar ut refert Valerian. caput  
Pompeij hostis sui honorifica sepultura digna-  
tus est. Cæterum cum Ethnici solo naturæ lu-  
mine ducti defunctos suos tam splendide sepe-  
live

liverunt, quid Christianis notitiam veri Dei  
ipiusq; voluntatis & spem glorioſæ resurrecſio-  
nis habentibus faciendum erit: Recte igitur fa-  
cit vir ornatissimus & spectatissimus, *Dn.*  
*Marcus Lembke*, civis hujus urbis præcipuus,  
quod charissimæ & desideratissimæ Uxori, *Ca-*  
*tharina Dunckers*, filiolo item suavissimo, *Iaco-*  
*bo*, sepulchrum christiano ritu hodiè construat  
& adornet. Nata est piè defuncta *Catharina*,  
Anno 1602, 23. Septemb. Patre viro prudentiſ-  
ſimo quondam hujus urbis Senatore, *Dn.* *Ni-*  
*colao Duncker*, matrē fœmineis virtutibus con-  
ſpicua, *Agueta Biermans*, avo Paterno, *Andreas*  
*Duncker*, cive Sternbergensi honesto, avia pa-  
terna *Catharina Butendicks*, avo materno *Hans*  
*Bierman*, cive hujus Reipublicæ quondam pri-  
mario, avia materna, *Margareta Kroens*, ex  
pervetusta, jam vero Deo ita disponente, ex-  
tincta Kroniorum familia, cumq; per aquam &  
ſpiritum renata eſſet, paulo post ita informari  
cæpit, ut nihil haberet ante oculos niſi cultum  
religionis, nihil ſequeretur niſi bonos mores,  
nihil appeteret, niſi decus & honestatem, qui-  
bus auspicijs initia virtuti, à voluptaribus  
illicitis non ſolum abſtinuit, ſed ne cognovit  
quidem quales eſſent illicitæ, adeo disciplinam

A 3      pa-

patriam candorem vitæ & sanctimoniam conservavit & auxit. Proinde cum adhuc virgo esset non imitata est alias nonnullas, quæ cutem medicaminibus inungnnt, genas rubore adulterant, oculos fuligine collinunt: sed cum Dei se templum agnosceret, pectoris ostio præfecit antistitem pudicitiam, & à simplicitate candorem, à verecundia ruborem mutuata est. Non ergo mirum si ita castitatis fautor, conjugij autor Deus disposuit, ut vir integerimus, *Dn.* *Marcus Lembke*, eam natam septendecim annorum virginem, accidente consanguineorum & tutoris, viri amplissimi & prudentissimi, *Dn. Iohannis Luttermanni*, Consulis Reip. urbanæ meritissimi, consensu, Anno 1620, uxorem duceret, quem non herum importunum, sed maritum mitissimum ex eo tempore experta est, quem venerata est, & qua parerat observanta coluit, ac sincere unicèq; dilexit, ex quo effetum est, ut cum ad annum undecimum unà vixerint conjuges, nunquam opus habuerint venire in sacellum Deæ viri placæ, quod Romæ quondam in palatio tanquam pacis domesticæ custodem erectum fuisse scribit Valerius, aut coacti sint instituere Charistia in quibus cognatorum & affinium interventu rixæ tollerentur,

sed

sed pacatissimam semper & sine jurgijs & liti-  
gijs concordissimam vitam egerint. Enim vero  
suavitate morum, probitate, modestia, tempe-  
rantia, vetecundia, pudicitia, parsimonia, sedu-  
litate, gravitate, & id genus alijs virtutibus fœ-  
mina præstantissima ita levavit conjugij one-  
ra, ut maritus sibi videatur cum suavissima  
conjuge vixisse ne quinquennium quidem.  
Conjugium hocce uti plâcidum & tranquil-  
lum, ita etiam sobole fœcundum fuit, vidit  
enim piè defuncta ex se natos liberos septem, *E-*  
*lisabetbam, Margaretam, Agnetam, Hermann-*  
*num, Iacobum. Elisabetbam 2, Et Catharinam, ex*  
quibus tres matrem in cœlum præcesserunt,  
& *Iacobus 20. Iun. Anno 1628. hora 2, matutina*  
in hanc lucem editus, cui jam justa facimus,  
postquam tenesmo & omnium alimentorum  
fastidio 13. Iul. hujus anni extinctus esset eam se-  
curus est, *Agneta vero Elisabetha Et Catharina,*  
per Dei gratiam adhuc sunt superstites.

Morbum quod attinet incidit, piè defuncta ante  
aliquot dies in febrim continuam, quæ affectus uteri-  
nos, tormenta ventris, vigilias, & alia symptomata  
gravissima se cum traxit, quæ omnia æquo animo su-  
stinxit tametsi enim acerbissimus dolor clamores qui-  
ritantes afflictæ excuteret, subinde tamen vires animi  
recolligens Spiritus Sancti ope adjuta se erexit, & ad  
cœlum ardentibus votis adspiravit, O IESU clama-  
bat

bat, fili David miserere mei, An non sanguine tuo  
mundata sum? an non corpore & sanguine tuo pasta  
Sum? an non dilecta tua sum filia? quid ergo cessas?  
quin tandem aliquando me liberas. Inter hæc suspiria  
& mæstissimi mariti&liberorum lachrymas 12. Julij ho-  
ra II. noctis cum complevisset ferè annum ætatis 29. a-  
nimā efflavit & Creatori suo reddidit, & quæ in his ter-  
ris requiem spe ac nomine tantum circumtulit: nunc in  
quiete patris sui ingressa est. Adventantē proculdubio  
gratulabunda exceperunt ista pignora, quæ in terra ge-  
neraverat & in cœlum præmiserat: cum quibus Sacro-  
sanctam Trinitatem à facie ad faciem nunc intuetur &  
celebrat. Tu ergo vir ornatissime cordis tui partem ab-  
reptam lugebis, ut eam, quæ non extincta, sed transla-  
ta sit; quæ non in perpetuum te reliquerit, sed ad tem-  
pus mutaverit neq; committes, ut cum nihil minus  
quam mortem uxor timuerit, tu plus doluisse quam i-  
psa timuisse mortem videaris. Cæterum cum hujus  
beatissimæ sc̄eminæ & defuncti filioli exuviae hodiè ho-  
ra media prima ad sepulturam efferendæ sint, omnes  
jurisdictioni nostræ subjectos Academiæ cives profes-  
sores, Doctores, magistros, verbi divini ministros, &  
studiosos juvenes, rogamus monemus & exhortamur,  
ut ad declarandam condolentiam, tum eiam in recor-  
dationem propriæ mortalitatis & fugacitatis vitæ hu-  
manæ, solemnia hæc funebria sua præsentia frequenti  
exornent ac cohonestent, in templo Divæ Virgini  
sacro convenient, & illud defunctæ huic matronæ & fi-  
liolo præstent, quod omnes & singuli quondam ab alijs  
nobis præstari opus habebimus. P. P. Rostochij 15.  
Iulij, Anno 1631.












liverunt, quid Christianis  
ipiusq; voluntatis & spem g-  
nis habentibus faciendum e-  
cit vir ornatissimus & spe-  
*Marcus Lembke*, civis hujus  
quod charissimæ & desideratae  
*Catharina Dunckers*, filiolo iten-  
bo, sepulchrum christiano ri-  
& adornet. Nata est piè de  
Anno 1602, 23. Septemb. Pa-  
simo quondam hujus urbis S-  
colao Duncker, matre fœmine  
spicua, *Agueta Biermans*, av-  
Duncker, cive Sternbergensi  
terna *Catharina Butendicks*, a-  
*Bierman*, cive hujus Reipubli-  
mario, avia materna, *M.*  
perverusta, jam vero Deo i-  
tincta Kroniorum familia, &  
spiritum renata esset, paulo  
cœpit, ut nihil haberet ante-  
religionis, nihil sequeretur  
nihil appeteret, nisi decus &  
bus auspicijs initiata virtus  
illicitis non solum abstinuit  
quidem quales essent illicitæ



veri Dei  
urrectio.  
igitur fa-  
cis, *Dn*,  
æcipiuus,  
tori, *Ca-*  
*nno*, *Iaco-*  
*onstruat*  
*Catharina*,  
udentis.  
*Dn*, *Ni-*  
bus con-  
. *Andreas*  
avia pa-  
nò *Hans*  
dam pri-  
roens, ex-  
ente, ex-  
iquam &  
informari  
i cultum  
s mores,  
em, qui-  
ptaribus  
ognovit  
iplinam

pa-